



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 7. Ticinensis Ager, seu Papiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

T E S { **GACIARONVS**: Monte Gaciarono, paris ferè cum superiore celsitudinis, famosus Dulcini hæretici secessu cum uxore suâ Margaritâ, & quingentis aliis: coactus est ciborum penuriâ, & frigore feso dedere. In loco quem occuparat condita est ædes D. Bernardo sacra.

N V M. 6. *Vigenanensis Ager*: Vigeuanasco.

V R - { **VIGEVANVM**: *Vigenano*, effecta ciuitas à Clemente VII. an. 1530. in gratiam Franc. Sfortiæ II. quidam vicum Veneris nominant, quidam Vegliuenum, Volaterranus Vegiuianum. Fabulam sapit quod scribit Carinus conditam esse à M. Marcelllo post deuictum Viridomarum, nam noua ciuitas est. In eâ habitarunt aliquando Duces Mediolanenses. Malè multata est bellis inter Carolum V. & Franciscum I.

B E S { **S FORTIACA** prædium: *Sforcesca*, in tabulis corruptè s. *Forcesca*, villa per amœna à Ludouico Sfortia Duce constructa. In eam perducta fuerunt duo incilia, vnum ex Ticino, alterum ex Nouariâ fluuiis.

A G R I { **Gambolate**: *Gambalo*, pagus laetus, & nitidus; locum putant aliqui apud Amm. Marcel. lib. 15. vocati Ad Columnas, non improbabiliter.

V I G E - { **Langosca**: *Langosca*, ad Fl. Sesiam.

V A - { **TICINVS**: *le Tefin*.

N E N - { **NOVARIA**: *la Gognat*.

S I S . { **Albunca**: *Albonea*.

F L V - { **Terdopius**: *Terdopio*.

N V M. 7. *Ticinensis Ager*, seu *Papiensis*, Territorio di Pauia,
vel Pauese.

VR - { **PAPIA**, olim *Ticinum*: *Pauia*, nobis *Pauie*, de huius origine vide fabulas si otium est apud Leandrum. Sed quomodo vox *Ticinum*, immutata est in hanc *Papia*? Luitprandus ait sic dictam à particulâ admirationis *Pape*, quod mirabili rerum copiâ abundet; alij quasi *Patri Pia*, alij à *Papyrio Regis Francorum nepote*;

B E S { *Parall. Geogr. Tom. II.*

H H hhh

TER-

R I-

T O-

R II

P A-

PIEN

SIS.

FL V-
VIIPA-
PIEN-
SIS

AGRI

VR-

meræ fabulæ. Fuit quondam Regni Longobardorum sedes, & ab his egregiè exulta fuit. Hic visitur equestris statua quam vulgus vocat *Regis Solis*; ea ex Ravenna delata est. Data fuit sub titulo Comitatus Ducibus Mediolanens. à Venceslao imp. Ager eius tam fertilis, ut communiter dicatur *il Gardino di Milano*.

Certosa: vulgò *la Certosa*, domus Carthusiana, opus mirabile, condita à Ioan Galcatio Vicecomite. Inter hanc & Papiam Viuarium quadrata forma xx. mil. Italic. quod vulgò nominatur *il Barro*.

Belgioſium: *Belgioſo*, opulentum & lautum caſtrum in ditione Comitum Barbianorum, qui originem trahunt ab Alberico Cuniate de quo poſtea dicemus.

LAVMELLVM: *Lumello*, olim amplum & nobile oppidum, vnde nomen Agro Laumelino, vulgò *Lumellina*, de cuius terminis non satis liquet; nam à quibusdam extenduntur, ab aliis contrahuntur. Hodie parum frequens est ædificiis, & eius Ager multis pagis nitet, & ut olim lino abundat.

MORTARIA, seu Mortarium: *Mortara*, ad Fl. Alboneam. Olim Sylua bella dicebatur, sed cùm Carolus Magnus hic grandi clade Longobardos affecisset nomen mutauit: vrbs sæpe cuerfa est, sæpe reparata.

Burgus Francus: *Borgo Franco*, ad Padum.

TICINVS: *Tesino*.

Graualonia Fossa: *Canal Graualoné*, ex amne Ticino ducta duorum circiter milliarium, quā hic Insula formatur, è regione Papiæ.

Orona: *Olona*.

Terdopia: *Terdopia*.

Albonea: *Albonea*.

Gonia: *la Gogna*.

Sessites, seu Sestis: *Sessia*, seu *Sessa*, aut *Senza*, aut *Sievia*.

PADVS: *le Pô*.

NVM. 8. *Laudensis Ager*, Lodigiano.

LAUDA: *Lodi*, de cuius conditore vide multa apud Blondum, & Leandrum. Euersa est à Mediolanensi-